LUCIANI CODEX MUTINENSIS

SCRIPSIT

ET

PERMISSU AMPLISS. PHILOS. ORD. UPSAL.

DEFENDET

DR NILS FREDRIK NILÉN
IN ACADEMIA UPSALIENSI DOCENS

IN AUDITORIO IV DIE III MENS. OCT.

H. A. M. S.



UPSALIAE
TYPIS DESCRIPSIT EDV. BERLING REG. ACAD. TYPOGRAPHUS
MDCCCLXXXVIII.

ELEONORAE DICKSON

FEMINAE PRIMARIAE

JAMES J. DICKSON COMMENDATORIS

VIDUAE

BENEFICIORUM MEMOR

D D

NILS NILÉN

Bibliotheca Mutinensis Regia — olim Ducalis — quam hodie quoque vulgo dicunt 'Biblioteca Estense', unum habet Luciani codicem satis vetustum, in quo accuratius examinando primus versatus est Iulius Sommerbrodt, vir de Luciano, ut inter omnes constat, meritissimus. Sed per paucos solum dies anni 1880 codicem Mutinensem examinare licuit Sommerbrodtio, ac ne illis quidem diebus codicem inspicere ei licuisset — nam in eo tum erat, ut bibliotheca illa in novam sedem transportaretur — nisi quae poterant tolli impedimenta sustulisset Bibliothecarii humanitas atque facilitas[1]).

---

1) Sommerbrodt, Ueber eine Lucianhdschr. zu Modena. Rh. Mus. XXXVII (1882) Fasc. II p. 299—307.

H. l. in uno conspectu ponantur ceteri quoque loci omnes, ubi de hoc codice mentio fit; sunt autem quod sciam hi:

B. de Montfaucon, Diarium Italicum, Paris. 1702: P. 33 (agitur autem de Bibl. Ducis Mutinensis): 'In codice X. sæculi membran. *Luciani* quædam'. Plane idem repetitur in eiusdem Bibliotheca Bibliothecarum Mscr. Nova, T. I. p. 531, Paris. 1739 atque e 'Diario' eius laudatum in Fabricii Bibl. Graeca, Vol. V p. 347, Hamb. 1796. Hic autem X saeculi codex vix alius potest esse atque ille, de quo agimus, id quod iis quoque confirmatur, quae infra e catalogo Mutinensi manuscripto adferam.

Lucianus Samosatensis Fr. Fritzschius recensuit. Vol. I, P. I Praef. p. X., Rostoch. 1860, atque Vol. III, P. III, Rostoch. 1882, p. VI et 159—162, ubi Sommerbrodtii in Cataplum collatio editur.

G. Vitelli, Spicilegio Fiorentino, V, Museo Italiano di antichità classica Vol. I Punt. I, p. 15—29, Firenze 1884.

A. Baar, Beiträge zu einer künftigen Ausgabe von Lucians Kataplus Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien XXXVI, p. 1—7. Wien 1885.

Girolamo Bertolotto, Il codice Modenese di Luciano, Rivista di filologia e d'istruzione classica A. XV. Fasc. 1—2, Luglio-Agosto 1886. (Hoc op. et separatim typis exscr. est.)

Non minorem ego in illius successore humanitatem expertus sum, cum huius ipse quoque codicis examinandi causa mense Maio anni superioris Mutinam venissem. — Veneram autem ideo, quod iam diu mihi erat persuasum atque adeo constabat, non pauca, ut par erat, Sommerbrodtium fugisse satis festinanter conferentem 'temporum iniuria', ut ipse testatur, 'male habitum' codicem. — Qui nunc est Bibliothecae Regiae Praefectus, L. Rossi V. D., adeo mihi commode rem disposuit, ut quod ipse tempus tribueret bibliothecae, id ego omne huic codici possem tribuere. Ita factum est, ut vix unum mensem Mutinae commoratus horas fere ducentas huic codici in bibliotheca expensas ferre possim.

Post Sommerbrodtium autem alius iam vir doctus codicem Mutinensem contulerat, G. Bertolotto Florentinus. Quem sciebam scholiorum edendorum causa florentinos codices inspexisse,[1] Mutinensi operam dedisse nesciebam, donec sub finem Iunii mensis 1887, collato iam Mutinensi, G. Vitelli V. D., quem Florentiae degens veneram salutatum, certiorem me fecit de Mutinensi iam anno superiore a Bertolotto esse disputatum. At ne sic quidem inutilis fuit labor a me in hoc codice collocatus. Nam docti illi viri paucas tantummodo codicis partes contulerant, ego nullam eius partem non examinaveram, non paucas contuleram totas.

Ceterum in animo erat plures Luciani codices una disputatione tractare. Quod aliter iam instituendum est, cum critices Lucianeae respectus non patiatur in tempus incertum reservari curas in codicibus examinandis positas. Decrevi igitur primo quoque tempore singulorum codicum a me examinatorum descriptiones typis mandare. Ac primum quidem de Mutinensi agam.

E catalogo Bibliothecae Mutinensis manuscripto haec adferenda censui ad hunc codicem pertinentia:

Lucianus, recogn. Iul. Sommerbrodt, Vol. I P. I, Berol. 1886, p. VII. In apparatu critico Mutinensem adhibet Sbr. ad Iudicium vocalium (Vulg. IV) et ad nonnullos Nigrini (Vulg. III) locos.

N. Nilén, (censura recognitionis Sommerbrodtianae) Wochenschr. f. klass. Philol. 1887 № 31, p. 954—960; Sommerbrodt, Entgegnung, ibid. 1887 № 44 p. 1373; Nilén, Zur Ueberlieferung des Lucian, ibid. 1887 № 49 p. 1527*).

1) Vitelli l. l. p. 19 et 21.

'CXCIII Lucianus Samosatensis' L. V.[1]).

Luciani Samosatensis opuscula nonnulla. Quid in primo folio contineatur, nondum assequi potui[2]). In secundo habetur Hippiæ seu Bacchi fragmentum incipiens *στρατοπέδον μιᾶ νυκτὶ τὸν Αλυν* etc.[3]).

2. Præfatio seu Bacchus. Desunt tria extrema vocabula vel potius ea librarius omisit vel non invenit in suo exemplari[4]). Huic opusculo et reliquis[5]), præsertim vero quæ septimum consequuntur[6]) adiecta sunt scholia illis haud similia[7]) jam editis ex codice Vossiano a Wetstenio. — — — — — — — —

24. Prometheus.

25. Pro lapsu in salutando, cujus tamen paucæ periodi solum supersunt.

Codex membranaceus in F. Sæculi X ex sententia Montfauconii in Itin.[8]) Italico, anonimus anepigraphus, initio et fine mutilus maculis fœdissime inquinatus cum titulis et initialibus rubricatis. Atramentum amisso nigrore subrubet atque adeo aliquot Locis vetustate totum evanuit.'

Haec autem e Bibliothecarii cuiusdam Ducalis brevissima codicis descriptione excerpsi, quia ex paucis illius verbis veram tamen codicis speciem capere licet. Omnia h. l. adferre, quae ad eum describendum pertinentia adnotaveram, neque necessarium videtur neque iustum; nam cum Sommerbrodt tum Bertolotto — huic autem maiore rerum opportunitate uti licebat sine dubio quam illi — satis multa bene attulerunt, quae ad hanc rem pertinent. Itaque ex iis quae ab illis disputata sunt pauca referam[9]), id agens,

---

1) Sic, sed L. V. delevit fortasse ipse ille Bibliothecarius, qui catalogum laudabili diligentia conscripsit.

2) Ad Phalaridis I c. 6 recte rettulit eorum initium Sommerbrodt Rh. Mus. 1882.

3) Sic. Cfr huius lib. p. 7.

4) Exstant certe illa quidem, ut e folior. 4v et 5r descriptione apparet, difficillima autem sunt ad legendum, ut quae fere evanida sint.

5) Non omnibus reliquis adiecta esse scholia ostendet sine dubio in ea quam parat scholiorum editione Bertolotto.

6) Incipiunt autem ea ab '8. De Domo'. (Vulg. LXI.)

7) Fortasse minus recte exscripsi 'similia' pro 'dissimilia'.

8) Sic. Cfr paullo supra p. 1.

9) Haec autem aptius referentur infra (p. 14), ubi de codicibus Mutinensi et Harleiano componendis agam. In Mus. Rh. 1882 Sommerbrodt ad Vulg. LVIII (Adversus Indoctum) Mutinensis aliorumque codicum varietatem in brevi posuit conspectu. Bertolotto similem operam effecit l. l. ad Vulg.

ut ea meis verbis addantur, quae aut ad corrigendum aut ad explicandum necessaria sunt; plura si cui videar interdum addidisse, conferat velim diligenter quae ante de iisdem rebus exposita erant. Ubi res aut non satis constabat aut dubia post Bertolotti descriptionem collatam[1]) videbatur, id egi, ut dubiam esse rem ex meis verbis appareret, cum codicem iterum conferre iam non possem, ante quam haec typis mandarentur.

Tegumento pulcherrimo eodemque satis compacto continentur membranae, ut quae mala perpessae sunt,[2]) ea ad id tempus referenda esse appareat, ubi nondum hoc tegumento continebantur. De tegumenti autem aetate nihil mihi constat, nisi quod vix huius saeculi speciem prae se ferre mihi videtur. Antonio Cappelli Equ., cui Bibl. Reg. Mutinensis codicum cura commissa est, simillima huic esse tegumenta aliorum quoque codicum Mutinensium me monuit.[3]) Repraesentabo in Tab. I. signum officinae chartariae in plagula lintea impressum, quae ab ipso ni fallor ligatore adglutinata est, si quid forte aliunde de eius chartae signique aetate comperiri possit.

In scidulis duabus interiori tegumenti parti adglutinatis haec scripta sunt:
(In scid. super.:) 'Ms III F. 15.' (ante 15 fuit scr. 14 quod lineis inductis del. est).
(In scid. infer.:) 'Questo Codice fu portato via dalla Biblioteca Estense il gn̄o 11. 8bre̅ 1796. dai Commissarj Francesi e fu ripreso a Parigi dai Commissarj di S. A. R. Franc̄o IV. Sigi

IV (Iudicium vocalium); ad Vulg. L (De luctu) Mutinensis varietatem edidit; his adiecit pauca de scholiis eius.

1) Conferantur quae p. 2 dixi. *Sommerbrodtii* autem descriptio codicem conferenti ad manus mihi erat. Quibus in rebus *Bertolotto* alia traderet atque ego, eatenus examinare tempus erat peregrinanti atque in aliis libris inspiciendis occupato, ut librum eius strictim aspiciens viderem, non nulla eum effugisse eorum, quae hoc codice continentur (cfr folior. 2 et 3^r, 112 et 113 descr.). Librum eius tum demum perlegi, cum in patriam iam diu reverso licuit mihi his mensibus ea quae ipse adnotaveram cum eius descriptione diligentius conferre. Quod ideo est observandum, ne videar id omisisse, quod codices conferentem non decet omittere, ut ii loci *denuo* conferantur, ubi inter testes non constat. Ceterum *ita* mihi constat de omnibus fere locis ubi dissentimus, ut dubitationem non significanti fidem mihi haberi velim.

2) Cfr infra p. 14 [2]).

3) Haec tegumenta corio eius generis. obducta sunt, quod lingua italica dicitur cuojo di Russia.

Antonio Lombardi Bibliotecario ed Ant.º Boccolani sotto il [1]) 8bre˜ 1815.' —

In tegumenti tergo inauratis formis impressum est LUCIANI OPUSCULA et infra corona atque insigne quoddam[2]). In ipsis membranarum infimis marginibus, ita tamen, ut nisi libro clauso legi non possint, haec post librum iam compactum atque politum sunt scripta: 'Luciani Opera quedam grece manuscr.' Primi autem fol.^{r} et ultimi fol.^{v} inferior. marg. purpureis ut solet formis id signum impressum est, quo liberae Francogallorum rei publicae primae temporibus notabantur libri Bibliothecae Nationalis Parisiensis.

Iam ad foliorum speciem describendam proficiscar. Qua in re ut brevior esse possem, priorum diligentia effectum est. Erraverunt autem et Sommerbrodt et Bertolotto, quod 112 numero esse codicis folia dixerunt — sunt enim 113 nullis neque ab alia manu arabicis numerorum notis neque a prima manu graecis insignita nisi iis quas B. dixit[3]) ad quaternionum initia significanda adhibitas. Hae autem a β῀′ usque ad ιε῀′ recte in folior. 5^r, 13^r, 21^r, 29^r, 37^r, 45^r, 53^r, 61^r, 69^r, 77^r, 85^r, 93^r, 101^r, 109^r marginibus inferioribus sinistra positae sunt. Et quaternionum quidem β῀′ — ιδ῀′ omnia folia conservata sunt, α῀′ quae fuerunt quaternionis restant quattuor folia, quae hunc in modum disposita fuisse fere certum est[4]):

I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII
*	1	*	*	*	2	3	4

De foliorum 109, 110, 111 ordine satis constat; qua ratione folia 112 et 113 sint disponenda, vix minus certum est. Haec autem videtur fuisse quaternionis ιε῀′ discriptio principalis[4]):

I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII
109	110	111	*	*	112	113	*

De his autem rebus tum agam, cum singulorum foliorum descripsero initia exitusque et ostendero, quae Luciani scripta integra, quae mutilata in hoc codice exstent.

---

1) De hoc numero non satis mihi constat.

2) Estensia haec esse veri simile est, sed chartula rotunda obducta sunt.

3) Fol. autem 4^v a manu ut vid. recentiore inf. marg. ascr. est α. Quaternionum finales numeros vidi nullos in quaternionibus integris.

4) Romanis numerorum notis significavi eum quem principalem existimo fuisse foliorum ordinem, ita ut uniones foliorum statuam I‿VIII, II‿VII, III‿VI, IV‿V. Arabicis numeris eum qui nunc est ordinem, stellulis autem ea folia denotavi, quae interciderunt.

Formam atque discriptionem paginarum, genus litterarum, scribendi compendia, alia ad codicis naturam speciemque illustrandam pertinentia in tabulis huic libro adiectis ut potero illustrare conabor. Illis quas Bertolotto distinxit manibus[1]) addenda est correctoris cuiusdam manus, quae paucis locis occurrit, paucas litteras scripsit easque quam potuit maxime ad primae manus imitationem conformavit; recentiorem autem speciem praebere mihi videtur cum manus ipsa tum atramentum nigro quodam colore conspicuum — nisi forte haec a pr. m. scripta, recentiore tempore, ut clarius apparerent, rescripta sunt.

In unaquaque fere pagina litterae initiales versuum 3 et 31 — erit autem, si ab infer. margine numeraveris, vs. 31 idem atque vs. ab imo 3 — a rubricatore in sinistro margine ascriptae sunt; hae autem litterae in intimo margine sinistro tam saepe indicantur a librario ipso, ut id eum egisse mihi constet, ut semper indicarentur, ne in rubricando mora fieret. Desunt autem et ascriptae litterae et appictae, ubi in vicinia versus 3 littera quaedam grandior initialis appingenda erat. Ad codicem exornandum has litteras appictas esse veri simile est. Vix autem fieri potest, ut quidquam ex iis concludatur de paginis codicis illius, unde hic est descriptus[2]).

Quo saeculo scriptus esse existimandus sit, difficile est pro certo dicere. Saeculo XI vel XII adsignavit eum Sommerbrodt, antiquiorem eum esse posse et Bertolotto existimat et e codicis Φ aetate a Sommerbrodtio ad XII saec. relata coniecerat Vitelli[3]). A Montfauconio hunc ipsum codicem X adsignatum esse saeculo ex iis quae supra attuli veri simile est. Sed tum demum licebit huius aliorumque codicum minusculis litteris scriptorum aetatem certius definire, cum uberius de eorum codicum scriptura disputatum erit, de quorum aetate constat.

---

1) E Bertolotti verbis colligi potest, rubricatoris manum eandem esse ei videri atque librarii ipsius. Ita esse mihi quoque est persuasissimum. Interdum ad corrigendum egressus est rubricator, ut ex atramenti colore aut rubricatoriam aut mixtam quandam speciem praebenti apparet.

2) Bertolotto versuum numerum $33 = 29 + 4$ ad hanc rem illustrandam adfert monetque intervalla litterarum appictarum 29 et 4 semper versuum esse. Clarius, ut mihi quidem videtur, atque ad rem illustrandam aptius ad singulas paginas computaveris hunc in modum: $33 = 2 + 29 + 2$; ita enim in singulis paginis cernetur apta quaedam membrorum dispositio.

3) l. l. p. 18 [1]).

Venio nunc ad singulorum foliorum descriptionem. Qua in re ita agam, ut initia atque exitus paginarum describam secundum ordinem foliorum. Ita et apparebit, quae scripta Luciani habeat hic codex, et facilius erit eum adire, si quis de quo loco certior fieri voluerit. Corollarii autem loco ex singulis Luciani libris non paucae codicis lectiones proferentur in hac descriptione:

Vulg. XXX. Phalaris I. Fol. 1^r et 1^v. Folii 1 versus 1—10 partim abscissi partim umore situque deformati sunt. Incipiunt quae satis facile legi possunt a c. 6 (fol. 1^r vs. ni f. 11) ⁝ *νακτῶν τὸ πλέον* (sic autem legi, non *πλεῖστον*). Fol. 1^r desinit in c. 7 *τυράννους σοφούς·* | Perierunt ea quam supra dixi clade quae sequuntur fere omnia usque ab *ὑπὸ φαύλῳ* — c. 8 *κολάζειν ἀφορ* ⁝ Fol. 1^v vs. 11 incipit ⁝ *μάι φέρειν* (de accentu atque interpunctione non satis certa enotavi h. l.); desinit fol. 1^v in c. 10 *βουληθῆτε τοῦμον* | (sic legi, non *τοὐμὸν*). Versuum 9 et 10 naufragia colligere vetuit respectus oculorum; fortasse hoc vel illud poterit ibi dispicere, si quis aciei minus pepercerit. Vidi equidem c. 5 *λευ(?)σατε ἂν* aliaque non satis certa.

Vulg. LIII. Hippias. Fol. 2^r vs. 1 — 3^r vs. 16. Fol. 2^r inc. c. 2 | *πέδου μιᾷ νυκτὶ* — c. 5 *διατρι* | 2^v *βην ἐν ἀριστερᾷ* — c. 8 *διαμακροῦ τὴν* | 3^r *ὁδὸν* — v. 16 (fin. c. 8).

Vulg. LIV. Bacchus. Fol. 3^r vs. 17 (18) — 5^r vs. 1. Inscr. *προλαλιὰ. ἢ διόνυσος* : — Fol. 3^r des. c. 2 *οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλί* | 3^v *γον τὴν παρειὰν* — c. 4 *ὁ σιληνός· τοῦ εὐωνύ* | 4^r *μου* — c. 6 *ἀλλότριον.* | 4^v *ἐν ἰνδοῖς* — c. 8 *λεγόμενα ὅ σι* (sic h. quoque loco, ut paullo supra, non *σει*) | 5^r *ληνὸς ἆρα* (sic) *ἦν ἵλεως* : —

Vulg. LV. Hercules. Fol. 5^r vs. 2 (3)—6^r vs. 13. Inscr. *προλαλιὰ.* *ἢ* (sic) *ἡρακλῆς* : — Fol. 5^r des. c. 4 *δέ τις πα* | 5^v *ρεστὼς* — c. 8 *σώματος ἀγα* | 6^r *θὰ, χαιρέτω·* — v. 13 (fin. c. 8) *φαίνει* : — *τέλος* : — (sic).

Vulg. LVI. De electro. Fol. 6^r v. 14 (15) — 7^r v. 8. Inscr. *περὶ τοῦ ἡλέκτρου· ἢ τῶν κύκνων* : — (*ἡλέκτρου* diserte). Fol. 6^r des. c. 2 *πα* | 6^v *ρ᾽ ὑμῖν* — c. 6 *ἀπο* | 7^r *στάζει* — v. 8 (fin. c. 6).

Vulg. LVII. Muscae encomium. Fol. 7^r vs. 9 (10) — 8^v vs. 25. Inscr. *μύιας ἐγκώμιον* : — (*ύι* autem idem valet in hoc cod. atque *υί*) Fol. 7^r des. c. 3 *προνομεύ* | 7^v *ει τὲ* (sic) *καὶ* — c. 6 init. *οὕτω* | 8^r *δὲ* — c. 10 *καὶ* | 8^v *ᾄδουσα* — v. 25 (fin. c. 12).

Vulg. III. Nigrinus. Fol. 8ᵛ vs. 26 (27) — 15ʳ vs. 12; v. infra p. 17, 7; 18, 12, 19, 7; 20, 3, 36; 21, 29, 22, 21; 23, 13, 24, 9; 25, 2, 34; 26, 29, 27, 23.

Vulg. XXXVII. Demonax. Fol. 15ʳ vs. 13 (14) — 19ᵛ vs. 20. Inscr. *δημώνακτος βίος* : — Fol. 15ʳ des. c. 2 *τῶν καλλίστων* | 15ᵛ *πρὸς φιλοσοφίαν* — c. 7 *ὤφθη κε* | 16ʳ *κραγὼς* — c. 11 *μό* | 16ᵛ *νος ἁπάντων* — c. 15 *τῶν ἐν* | 17ʳ *μακεδονίᾳ* — c. 23 *ὁμότε* | 17ᵛ *χνός* — c. 31 *πολλῶν τῶν* | 18ʳ *μαθητῶν* — c. 42 *πείσεσθαι* | 18ᵛ *ἔμελλον;* — c. 52 *τιθέ* | 19ʳ *ναι* — c. 63 *λαμβά* | 19ᵛ *νειν τῶν ἄρτων* (in marg. pr. m. *γρ τὸν ἄρτον*) — vs. 20 (fin. c. 67).

Vulg. LXI. De domo. Fol. 19ᵛ vs. 21 (22) — 24ʳ vs. 31. Inscr. *περὶ τοῦ οἴκου* : — Fol. 19ᵛ des. c. 1 *ἢ φθό* | 20ʳ *νῳ σιωπᾶν* — c. 4 *ἐνέδυ* | 20ᵛ *αὐτὰ* — c. 7 *ἀλλὰ* | 21ʳ *μὴ* — c. 9 *ἐφαπτομένης* (de *ένης* non satis liquet) | 21ᵛ *καὶ δρεπομένης τὸ ἡδὺ τῶν δρεπομένων* (sic) — c. 14 *δέ τις* | 22ʳ *οὐκ* — c. 16 *ἡ θάλατ* | 22ᵛ *τα, ὁπότ' ἂν* — c. 19 *βιαιότατ//ὂν* (sic om. *τε*) *καὶ* | 23ʳ *τοῖς* — c. 21 *ἄνευ* | 23ᵛ *χρωμάτων* — c. 26 *ἀντί* | 24ʳ *θυρος.* — vs. 31 (fin. c. 32).

Vulg. LXIII. Patriae encomium. Fol. 24ʳ vs. 32 (33). — 25ᵛ vs. 25. Inscr. *πατρίδος ἐγκώμιον* : — | Fol. 24ᵛ inc. c. 1 init. *Ὅτι μὲν* — c. 6 *ἀλλ' οὖν* | 25ʳ *ἑκάστω* (ω an ωι i. e. ῳ scr. sit. h. l. non adnotavi) — c. 9 *ἁ* | 25ᵛ *λίσκεσθαι* — vs. 25 (fin. c. 12).

Vulg. XXVI. Ver. histor. I. Fol. 25ᵛ vs. 26 (27) — 34ᵛ vs. 2. Inscr. *ἀληθινῶν διηγημάτων : α῀.* — Fol. 25ᵛ des. c. 1 *ἀκμαιοτέ* | 26ʳ *ραν* — c. 4 *μήτε* | 26ᵛ *παρ' ἄλλων* — c. 7 *ἐπῄει* | 27ʳ *οὖν* — c. 9 *ὅσον* | 27ᵛ *ἐπι* (sic) *τριακοσίους σταδίους* (sic) — c. 12 *τίνες* (om. *τε*) *εἶεν* | 28ʳ *οἱ* — c. 13 et 14 *ἐλέγετο·* (sic) *αὕτη* | 28ᵛ *μὲν. ἡ* — c. 16 *ἐπι* (sic) | 29ʳ *βαλάνων* — c. 18 *κτεί* | 29ᵛ *νουσιν* — c. 21 *εἰς* (sic) *τὴν θά* | 30ʳ *λατταν* — c. 23 *ἑκάστῳ αὐτῶν* | 30ᵛ *κράμβη* — c. 27 *ὁ ἐνδυμίων* | 31ʳ *δύο* — c. 29 *κορωνὸς* (sic) *ὁ κοττοφίωνοσ·* (sic) | 31ᵛ *καὶ* — c. 32 *συντρίψαν* | 32ʳ *τες* — c. 33 *ἐπειδή ἶκα* | 32ᵛ *νῶς* — c. 35 *τὰ δὲ κάτω.* | 33ʳ *τοῖς* — c. 38 *οἱ καρκινόχειρες· οι* (sic) | 33ᵛ *γὰρ τριτωνομενδήτες* (sic) — c. 40 *ἐπι* (sic) *δὲ τῆς πρώρας* (sic) *ὅσον τεττα* | 34ʳ *ράκοντα* — c. 42 (fin.) *καὶ ὥσ* | 34ᵛ *περ παιάνας* (sic) *ᾄδοντες· ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν νησομαχίαν γενόμενα* : —

Vulg. XXVII. Ver. histor. II. Fol. 34ᵛ vs. 3 (4) — 43ᵛ vs. 14. Inscr. *ἀληθινῶν διηγημάτων β῀:* — Fol. 34ᵛ des. c. 2 *διαθεῖν* | 35ʳ *ἐπὶ τοῦ κυστάλλου·* (sed *κρυστάλλου·* corr. liquore rubricatorio) — c. 4 *ἀλλὰ* (sic) *ὑπερέχοντας τῶν κυμάτων καὶ ἀδεῶς ὁδοιποροῦντας·* | 35ᵛ *οἱ δὲ* — c. 6 *αὐτὸν.* | 36ʳ *ἐν τάξει* — c. 11 *βασιλικῶν· βά* | 36ᵛ *θος δὲ* (om. *πεντήκοντα*) — c. 14 *τὰ δὲ αὐτίκα,*

πλήρη (om. οἶνον) | 37ʳ γίνεται· (sic) — c. 17 χρώμενος τῇ | 37ᵛ πολιτείᾳ — c. 20 εἰ ὕπε (sic) | 38ʳ κείνου εἰσὶ γεγραμμένοι· (sic) — c. 23 ἐπικρα | 38ᵛ τήσαντες — 25 γὰρ ἐν τῶ (sic) συμ | 39ʳ ποσίῳ κοιμώμενος — c. 27 τὴν ἐναντίαν | 39ᵛ τῇ ὑφ' ἡμῶν (sic) κατοικουμένῃ· — c. 30 ἔδαφος | 40ʳ αὐτὸ. — c. 33 νήγερτος. (sic) τῇ δὲ παν | 40ᵛ νυχία· — c. 35 ἐκεῖθεν | 41ʳ τῇ ὠγυγίᾳ — c. 37 ὡς ἔ | 41ᵛ δειξαν· ἐπεὶ γὰρ κἀκεῖνοι (in ἐπεὶ non satis clare indicavi congruentiam) — c. 41 ἐν τῇ | 42ʳ πρύμνῃ — c. 43 ·εἱστή | 42ᵛ κει — c. 45 καὶ | 43ʳ ναῦται — c. 47 ἐπηύγαζε. (sic) τήν τε (sic) ἤπειρον ἀ | 43ᵛ ποβλεπόμενοι — vs. 14 (fin. c. 47).

Vulg. LIX. De cal. non tem. cred. Fol. 43ᵛ vs. 15 (16) — 48ᵛ vs. 20. Inscr. περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ : — Fol. 43ᵛ des. c. 1 κατὰ παίδων ἔξε | 44ʳ μάνησαν καὶ — c. 4 πτολε | 44ᵛ μαῖος — c. 7 πᾶσιν | 45ʳ οἶμαι — c. 9 ἐν ἀπορίᾳ | 45ᵛ καὶ — c. 12 τόνδ' (sic, sed ον in ras. scr. pr. m.) ἐπιτοξά | 46ʳ ζονται — c. 15 τὰ τοιαῦτα | 46ᵛ ἐπινοοῦσι — c. 18 παρ᾽ ἀλεξάν | 47ʳ δρῳ (sic fortasse; enotavi autem παραλεξάν | 47ʳ δρῳ) — c. 22 τούτων | 47ᵛ ἁπάντων — c. 25 αἰσχύνης | 48ʳ ὧν — c. 29 θυρωρὸν | 48ᵛ τὸν — vs. 19 (fin. c. 32); in vs. 20 repetitur περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ : —

Vulg. IV. Iudicium vocalium. Fol. 48ᵛ vs. 21 (22) — 50ᵛ vs. 8. Inscr. δίκη φωνηέντων : — Fol. 48ᵛ des. c. 2 ἡσυ | 49ʳ χίαν — c. 6 φέ | 49ᵛ ρειν — c. 9 συγγνώμη · πα | 50ʳ ραφυτεύσαντί μοι (sic) — c. 12 (vs. 33) ἀκολουθήσαν ⁝ versicul. 34 τας | 50ᵛ καὶ | — vs. 8 (fin. c. 12).

Vulg. LXXI. Convivium. Fol. 50ᵛ vs. 9 (10) — 58ʳ vs. 21. Inscr. συμπόσιον ἢ λαπίθαι : — (sic et Bertolotto et ego adnotavimus). Fol. 50ᵛ des. c. 3 πρὸς τοὺς πολ | 51ʳ λοὺς· — c. 6 οὗσπερ | 51ᵛ ὁ ἀπὸ (om. in transitu ἐθέλεις — ὁ πρεσβύτης) — c. 9 ὁ ἕρμων· | 52ʳ εἶτα κλεόδημος — c. 13 φησὶ· | 52ᵛ γυναικεῖον — c. 15 αἱ δύο δραχμαὶ | 53ʳ παρέσχον (sed παρέ non satis clare legi potest) — c. 17 καὶ εὖ | 53ᵛ χωλὴ πέλεν — c. 20 τὸ σχύτος (sic) καὶ τὸ ξιφίδιον · ἐπιρρίψαί τε (sic) τά | 54ʳ χιστα — c. 23 ἀδράστρια (sic) συλλογισμῷ | 54ᵛ ἑνὶ — c. 28 ἐμπα | 55ʳ παρασχεῖν (sic) ἑαυτὸν — c. 32 γυναικὸς | 55ᵛ ἢ δ' ὅς — c. 35 τὰς γυναῖκας· | 56ʳ καὶ ἐμοὶ — c. 37 οὕτωσ (sic) γ' οὖν | 56ᵛ ἐλπίσαντες· — c. 42 ὡς τὸ εἰκός (de accentu nihil adnotavi) | 57ʳ γενομένου — c. 44 ὁ ἀλκιδάμας, | 57ᵛ ἠρίστευσε — c. 47 καὶ | 58ʳ τῷ (sic) διονυσοδώρῳ — v. 21 (fin. c. 48) τοιούτοις φιλοσόφοις : — (sic). Repetitur h. l. titulus συμπόσιον ἢ λάπιθαι : — (Ego λάπιθαι h. l. habeo enotatum).

Vulg. LXXVI. Pseudosophista. Fol. 58r vs 22 (23) — 61r vs. 6. Inscr. ψευδοσοφιστῆς· (sic) ἢ σολοικιστής : — Fol. 58r des. c. 1 ἐπιστάμενον· | 58v αὖθις — c. 5 τοιαῦτα | 59r ἔλεγεν — c. 7 καὶ ἐνταῦθα | 59v μὴ ἀττικίζειν — c. 9 δῆλον· | 60r σὲ δὲ — c. 10 καί γάρ ὅσ | 60v τις (sic ni f.) γυναῖκα — c. 12 τὸ (sic) καταδουλοῦ | 61r σθαι νενόμικας — vs. 5 (fin. c. 12) τὸν λόγον : — (non τὸν διάλογον). Vs. 6 repet. φευδοσοφιστῆς (sic) ἢ σολοικιστής : —

Vulg. XVI. Cataplus. Fol. 61r vs. 7 (8) — 67v vs. 8. Inscr. κατάπλους ἢ τύραννος : — Fol. 61r des. c. 2 ὥστε (om. μοι) ἥδιον | 61v παρ᾽ ἐκείνοις — c. 4 τῷ λογισμῷ (suprascr. pr. m. τῷ ἀριθμῷ) | 62r καὶ — c. 6 νἱον (sic) | 62v μετ᾽ — c. 8 ὕβρεως· | 63r ὁ — c. 11 ἐμοί | 63v χενεν· — c. 12 χρί | 64r σασα — c. 14 καὶ | 64v ἀργύριον — c. 16 τὰ λιθυ | 65r κόλλητα — c. 18 et 19 συνανάσπασον | 65v ποῦ (χά pers. suo loco suprascr. pr. m.) — c. 21 ὦ | 66r ἑρμῆ — c. 24 τριῶν (om. τῶν) | 66v ἢ — c. 26 δύναιτο· | 67r ὅς γε — c. 28 ὡς | 67v ἐγώ σοι — v. 8 (fin. c. 29). Repetitur κατάπλους ἢ τύραννος : —

Vulg. XLIII. Iuppiter confutatus. Fol. 67v vs. 9 (10) — 70v vs. 33. Inscr. ζεὺς ἐλεγχόμενος. Fol. 67v des. c. 2 καὶ σφάλλονται καὶ | 68r ὑπεναντία — c. 5 παρ᾽ ὑμῶν | 68v τὰ ἀγαθά· (sic) — c. 8 ἐστίν· (sic) καὶ ἐν ἅπα | 69r σιν — c. 11 τὸ τρύπανον συ | 69v νεργεῖ — c. 14 καὶ ἄλλως | 70r τὸ μὴ — c. 17 πίνειν | 70v μετὰ — (fin. c. 31) λόγον· ¦ vs. 31. ¦ vs. 32 ¦ τὰ λοιπὰ δ᾽ ἴσως — μοι : — Vs. 33 repet. ζεὺς ἐλεγχόμενος : —

Vulg. XLIV. Iuppiter tragoedus. Fol. 71r vs. 1 (2) ζεὺς (accentus erasus) τραγῳδός : — Fol. 71r des. c. 4 τι | 71v μοκλῆς ὦ ἥρα — c. 6 γελώμενον ἐ | 72r π᾽ ἐνίοις — c. 9 αλλὰ | 72v σὲ (sic, ni f. in litteris valde attritis) μὲν ὦ ἐννοσίγαιε (sic) — c. 12 ἀναμὶξ καθιζέτωσαν· | 73r ἔνθα ἂν — c. 15 ἐστιν ἐ | 73v φ᾽ ὅτῳ νῦν ξυνελέγητε· — c. 17 διεξιὼν. | 74r ὡς ἐν κόσμῳ (τε om.) — c. 19 διαλανθάνοντας. | 74v ἀνασκολοπιζομένους — c. 23 ἔστι (om. μὲν) γὰρ καθὼς (sic) ὁ θαν | 75r μαστὸς — c. 26 συμφιλοσοφῶν· | 75v ΑΠΟΛ. (sed qua ratione significetur h. l. persona, non adnotavi) ἀλλ᾽ οὐ σὲ — c. 30 τρίποδος ἡμῖν | 76r παρόντος. — c. 32 τούτων | 76v συν (sed num cetera ut in aliis codicibus εμπεσόντων sint, non potest dici) — c. 35 ὦ ἱερόσυλε | 77r δάμι· (sic) — c. 38 συνίστασθαι· σὺ δὲ τάξιν | 77v αὐτῶν — c. 41 ἐπι | 78r τρίβοντας; — c. 44 ὦ ἀλιτή | 78v ριε δάμι (sic) — c. 48 καὶ ἄτεχνον | 79r καὶ ἄτολμον — c. 52 ὥσπερ οἱ (sic) | 79v ὑπό τινων — vs. 16 (fin. c. 53).

Vulg. LVIII. Adversus indoctum. Fol. 79v vs. 17 (18) — 84r vs. 31. Inscr. πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμε-

νον : — sed ἀπαί in rasura quinque vel sex litterarum scr. pr. ni f. manus. Fol. 79ᵛ des. c. 2 ἦν μὴ ἰδῆς (sic) | 80ʳ τὴν ἀρετὴν — c. 4 νύκτωρ | 80ᵛ καὶ — c. 7 τῷ φόνῳ | 81ʳ τῶν φρυγῶν — c. 9 ξυμμαστιγουμένης | 81ᵛ αὐτῷ — c. 13 καὶ τὴν ἐπι | 82ʳ κτήτου — c. 19 τὰς | 82ᵛ βάκχας — c. 21 ὅμοιος εἴη · | 83ʳ πάνυ — c. 24 πενίας | 83ᵛ ξυνελάσοντας — c. 27 νύκτωρ, | 84ʳ πότερον — vs. 31 (fin. c. 30); versus 32 et 33 vacui sunt relicti.

Vulg. XVII. De mercede conductis. Fol. 84ᵛ vs. 1 (2) — 93ʳ vs. 6. Inscr. περὶ τῶν ἐπι (sic) μισθῶ (sic) συνόντων : — Fol. 84ᵛ des. c. 3 τοιαύτην μισθο | 85ʳ φόραν (sic) — c. 4 ἐνεργοὺς · | 85ᵛ ἀλλ' ἥν τις — c. 6 διεξίωμεν · τὸ δὲ νῦν | 86ʳ εἶναι — c. 9 πλουσίοις | 86ᵛ χρῆσθαι — c. 11 πρόσωπον | 87ʳ ἀτενίζοντα · — c. 14 ὕστατον | 87ᵛ ἥκειν — c. 17 παμμέγεθες | 88ʳ ὠφελεῖν; — c. 19 πολλαὶ δὲ (tachygr.) | 88ᵛ οἶσθα — c. 22 ἐν | 89ʳ τῶ (sic) πράγματι — c. 24 τοῦ ψυχροῦ | 89ᵛ ὕδατος· — c. 26·ἐξωσθεὶς | 90ʳ κατάκεισαι — c. 28 ὡς μόνος | 90ᵛ οὐκ ἐπήνεις — c. 31 καὶ ἐς τὴν | 91ʳ αὐτὴν ὥραν — c. 34 · κυνίδιον | 91ᵛ ἐκ τοῦ ἱματίου προκύπτον (sic) — c. 36 τῷ μοιχῷ . ἐπανα | 92ʳ δράμῃ — c. 40 τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ | 92ᵛ ἐπαγωγὰς — c. 42 τὴν αἰδῶ σκέπων · | 93ʳ τῇ δεξιᾷ — vs. 6 (fin. c. 42) ἑλομένοιο : — (sic).

Vulg. LI. Rhetorum praeceptor. Fol. 93ʳ vs. 7 (8) — 97ᵛ vs. 4. Inscr. ῥητόρων διδάσκαλος : — Fol. 93ʳ des. c. 3 ἐν τῇ ὑπωρεία (sic) | 93ᵛ τῆς ἀνόδου —. c. 6 πολλοὶ ἁ (sic ni f.) | 94ʳ πανταχόθεν — vs. 33 c. 9 ἀσα ⁝ vsicul. 34 φὴ | 94ᵛ τὰ πολλὰ — c. 11 φάσμα δρό | 95ʳ σω (sic) ἡ ἀμβροσίᾳ — c. 15 μέλος | 95ᵛ ἀναίσχυντον — c. 18 ἀλλὰ | 96ʳ τὸ πρῶτον — c. 21 τί γὰρ | 96ᵛ ὁ παιανιεὺς — c. 24 καλῶς | 97ʳ ἐκμάθης — c. 26 δειλός εἰμι · | 97ᵛ ἐκστήσομαι — vs. 4 (fin. c. 26) καὶ πραντραπέσθαι (sic) τὴν ὁδὸν : —

Vulg. L. De luctu. Fol. 97ᵛ vs. 5 (6) — 99ᵛ vs. 26. Inscr. περὶ πένθους : — Fol. 97ᵛ des. c. 4 μάλα | 98ʳ κάρχαρος — c. 11 ὡραίοις (ante ὠ fuit scr. alia quaedam spiritus (?) nota; Bertolotto legisse videtur ὡραίοις fortasse recte) | 98ᵛ ἄνθεσι — c. 16 ἐγε | 99ʳ νόμην — c. 20 βοῶσι | 99ᵛ καὶ — vs. 26 (fin. c. 24).

Vulg. XIII. De sacrificiis. Fol. 99ᵛ vs. 27 (28) — 102ʳ vs. ni f. 10. Inscr. περὶ θυσιῶν : — Fol. 99ᵛ des. c. 1 θεοῖς ἐ | 100ʳ χθροῦς (⌒ autem solito grandior) — c. 4 πλινθεύ | 100ᵛ οντες — c. 7 τις (om. ἢ) τῇ ἀφροδίτῃ | 101ʳ ὅτι — c. 11 γλαυκώπιν (sic) | 101ᵛ τὴν ἀθηνᾶν · — c. 15 θυσίαι, | 102ʳ καὶ — vs. 10 (fin. c. 15).

Vulg. XLV. Gallus. Fol. 102ʳ vs. ni f. 11 (12) — 110ʳ vs. 7. Inscr. ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών : — Fol. 102ʳ des. c. 2 χρεμε | 102ᵛ τίζειν — c. 4 τὸν | 103ʳ σοφιστὴν λέγεις — c. 6 παρείχε-

τόμοι (sic) τὰ ὁρώμενα· | 103ᵛ ἡράκλεις· (suprascr. pr. m. personam ἄλε) — c. 8 εὐκράτει πρό | 104ʳ τερον — c. 10 ὁ εὐκρά | 104ᵛ της — c. 12 ἐξήλαυνον | 105ʳ ἐπι (sic) λευκοῦ — c. 14 κεραμεοῦν | 105ᵛ τρύβλιον (sic, ut mihi vid.) — c. 16 καταπταμένη (et a pr. m. (suprascr. ni f.) γρ καταπτομένη) | 106ʳ εἰς τὴν γῆν ἐνέδυ ἐς — c. 18 οὐκ ἀπαίδευτος | 106ᵛ οὐδ᾽ ἀμελέτητος — c. 20 ὁ κυνικὸς (sic) | 107ʳ κράτης· — c. 22 ἐκεῖ | 107ᵛ νοι πονοῦσιν · (sic) — c. 24 μηδὲ ἀναμνήσῃς | 108ʳ με ὦ — c. 25 καὶ ταῦ | 108ᵛ τα ῥεγκόντων — c. 28 τὸ χρυσίον· | 109ʳ καὶ μάλιστα — c. 29 τῇ φάτνῃ | 109ᵛ κατακρύπτοντά με — c. 32 τὴν γυναῖκα δὲ | 110ʳ ἑτέροθι (sed ο ut vid., aut dubitanter scr. aut ex ω corr.) — vs. 7 (fin. c. 33).

Vulg. VII. Prometheus s. Caucasus. Fol. 110ʳ vs. 8 (9) — 111ᵛ vs. 33. Inscr. προμηθεύς : — Fol. 110ʳ des. c. 3 τὰ κάλλιστα | 110ᵛ ἐξελέσθαι (sic) — c. 6 παρα | 111ʳ σκευῆς, — c. 8 διαγνώσεται | 111ᵛ τὸ βέλτιον — c. 12 ἁπανταχόθι φαί |

Vulg. VIII, XX. Dearum iudicium. Fol. 112ʳ vs. 1 — 113ᵛ vs. 23. Fol. 112ʳ inc. 4 | ἤρετο · διὸ μὴ χαλεπῶς ἔπεχε (sic, ut mihi videbatur, sed de ὸ ὴ ῶς ἔπ non satis constat propter membranae scidulam adglutinatam) — c. 7 παραδόξου θέας · καὶ ἀμείνο | 112ᵛ νος ἤ (sic, sed de ος non satis liquet) — c. 11 οὕτω ποιῶμεν (haec autem Iunoni tribuuntur non Veneri) | 113ʳ (in vs. 1 nihil fere legere poteram, in vs. 2 legi σκοπεῖν e. q. s.) — c. 15 θέαν (om. δή) τῆς ἐλ | 113ᵛ λάδος — vs. 23 (fin. c. 16).

Vulg. XIX. Pro lapsu inter salut. Fol. 113ᵛ vs. 24 (25) — vs. 33. Inscr. ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ (sic) προσαγορεύσει πταίσματος: — Fol. 113ᵛ des. c. 1 ἀνάμεστον (om. ἔτι) ᾤοντό με |

Integra haec esse vides in Mutinensi scripta Luciani secundum vulgatum ordinem:
III[1]), IV[1]), XIII[1]), XVI[1]), XVII[1]), XXVI, XXVII, XXXVII[2]), XLIII, XLIV, XLV[1]), L, LI, LIV, LV[1]), LVI, LVII, LVIII[2]), LIX, LXI, LXIII[2]), LXXI[2]), LXXVI;

initium intercidisse horum:
VIII, XX[1]), LIII;

finem autem horum:
VII[1]), XIX[1]);

utrimque mutilatum esse hoc:
XXX[1]).

1) Contuli totum. 2) Contuli magnum numerum locorum.

Dixi supra pauca de foliis 1—4 et 109—113 disponendis. Videamus nunc, quid de hac re addi possit. Ac prius de foliis 1—4 agamus:

Singula folia in hac codicis parte[1]) 78 fere versus continuos capiunt editionis Iacobitzio-Teubnerianae stereotypae. Quaternionis α˜′ fol. I et II — est autem quod II dico idem atque illud quod nunc est fol. 1 — versus fere 158 Teubnerianos capiunt; 156 vero sunt in ed. Teubn. Phalaridis I versus usque ad c. 10 *βουληθῆτε τοὐμόν*. Reliqua Phalaridis I pars 84 fere vs. Teubn. capit; Phalaris II totus vs. Teubn. fere 112 et quae pars Hippiae ante fol. 2 (quat. α˜′ fol. VI) periit 27 fere vs. Teubn. capit; sunt haec 226 fere versus Teubneriani; quibus si 7 versus addideris propter horum libellorum ornamenta, exitus, initia — id quod satis esse ceteri libri ostendunt — habebis 230 fere versus Teubn.; tot fere tribus foliis capiuntur.

Ordinem[2]) ita in Mutinensi restitutum eundem esse scito in aliis quoque codicibus, ut e Sommerbrodtii meisque eum adferam, qui Mutinensi fortasse aequalis, certe multis in rebus simillimus est, Marcianum 434 (Ω). Accedit quod hodie quoque, ut cernere mihi videbar et videre, ligula quadam inter se cohaerent fol. quae nunc sunt 1 et 3 (quat. α˜′ un. II‿VII[3]).

Quod de fol. 1 et 3 inter se cohaerentibus, idem de 110, 113 (quat. ιε˜′ un. II‿VII) et de 111, 112 (quat. ιε˜′ un. III‿VI) valet; atqui e descriptione foliorum apparet inter 112 et 113 nihil intercidisse: adducimur inter 111 et 112 intercidisse quantum Promethei finem Dearumque iudicii initium capere potuerit. Hoc autem loco cum non aeque bene quadret atque in quaternione α˜′ ratio ad versus Teubnerianos instituta — in his enim libris creberrimae sunt personarum vices eaeque aliter plerumque in codicibus notantur atque in recentiorum editionibus — alius ad hanc rem constituendam codicis opus erit auxilio. Codice Ω adhibito[3]), vix poterit dubitari, quin recte quaternionem ιε˜, disposuerim.

---

1) Sunt autem singulae paginae, ut e descriptionibus apparet, 33 versuum.

2) In ordine librorum Lucianeorum qui olim fuit ad codicum maxime testimonia exigendo iam diu versatur vir doctus Paul Vogt Cassellanus, quem brevi disputationem suam emissurum spes est.

3) In cod. Ω 5 folia expleunt Phalaris I, Phalaris II et Hippiae initium usque ad c. 2 *τὰς τῶν πολεμίων* | (des. codicis Ω fol. quod nunc 7 numerum habet inscriptum, est autem quaternionis I fol. v). Paullo minus 3 versuum

Quid post Vulg. XIX in Mutinensis parte amissa scriptum fuerit, nondum dici potest. Mirum autem est, quod codex ille, quem Iacobitz E notat, ab eiusdem libri c. 8 *πρὸς τὸ παράδοξον τῆς προσαγορεύσεως* incipere dicitur. Hic autem codex, qui interdum a Iacobitzio atque Fritzschio adhibitus est, nondum satis accurate est descriptus. Quae de eo tradita sunt [1]), ea omnia fere eiusmodi sunt, ut artiore quadam cognatione coniunctos esse Mutinensem atque E veri simile sit neque multum afuerit, quin eos ad eundem codicem olim pertinuisse crederem. Eadem Harleianus clade videtur adfectus esse qua Mutinensis. [2]) Nonnulla enim

---

spatium intercedere vides inter codicis Ω fol. 7 exitum atque Mutinensis fol. 2 initium. Quae ratio inter utriusque codicis folia intercedat, facilc perspicies, si haec contuleris cum Mutinensls descriptione:

Codicis Ω fol. 8^r pertinet ab Hippiae c. 2 | *τριήρεις* — c. 5 *φυλάττοντα·* | 8^v *πυλῶν* (sic pr. m., sed *πυλὼν* man. rec. illa, de qua ad alios Luciani libros multa verissime atque accuratissime tradidit Henr. van Herwerden, Plutarchea et Lucianca, Trai. ad Rh., impr. Lugd. Bat., 1877; de hac autem manu eiusque fontibus brevi disscram in codicis Ω dcscriptione) — c. 7 *καὶ τοῦ φέγγους* | 9^r *καὶ τῶν φώτων* (sic).

Quot Mut. codicis paginae paginarumque partes ad Promethei reliquam partem capiendam opus sint, ex ea quae exstat parte effici potest codicis Ω auxilio hac ratione instituta:

$$3\tfrac{22}{31} : 3\tfrac{24}{33} = 7 : x.$$

Effici vides paullo plus 7 paginas. Pertinuisse apparct Prometheum usque ad quaternionis *ιε˜΄* fol. V^v supra med. (cfr huius lib. p. 5).

Dearum indicii partem amissam reliquis fol. V^v versibus capi potuisse, codice Ω adhibito apparet ex hac ratione:

$$\frac{158}{31} : \frac{122 + x}{33} = \frac{16}{31} : x.$$

Pro lapsu inter salut. c. 1 | *εἶναι* — c. 19 fin. non potuissc capi quaternionis *ιε˜*, folio VIII apparet. Codice Laur. Pl. 57 № 51 collato, in quo tribus foliis capiuntur huius libelli c. 1 | *ἐπὶ τῷ πταίσματι* — c. 19 fin., hunc libellum ad quaternionis *ις˜΄* fol. III^r fere med. pertinuisse concludi potest, si quidem ab eodem librario eadem foliorum discriptione servata fuit scripta reliqua huius libelli pars.

1) Luciani Samosatensis Opera T. I (Hemsterhusii atque Reitzii) Amstelod. 1743, Praef. p. XV, XVI (Solani descriptio adfertur). (Eadem ferc repetuntur apud Iacobitzium atque Fritzschium.) Hic autem codex alius esse non potest atque Sommerbrodtii Harl. Oxon. 5694 Mus. Brit., de quo in catalogo eo qui inscribitur 'A catalogue of the Harleian Manuscripts in the British Museum' Vol. III p. 288 sq. nonnulla aliter tradita inveni atque ea quae 'De Codice Marciano' (E) tradidit Solanus.

2) Cfr quae de cod. Mutinensi attulerunt: Sommerbrodt. Rh. Mus. 1882: 'Allein ihr Werth ist vielfach dadurch beeinträchtigt, dass der obcre Rand

folia 'carie exesa' esse dicuntur; 'scholia quamvis sint aliquando evanida; alicubi etiam vitiato codice, nulla ope legi possint; et abscissis multis marginibus, non habeantur omnia.....' — Quod si codicis E fol. quod nunc est primum post Mutinensis quat. *ιε´* fol. VIII olim fuit collocatum, hunc fere in modum res statuenda erat:

codicis E fol. 1 oportebat a Vulg. XVII c. 7 fere med. incipere[1]), non a c. 8 *πρὸς τὸ κτλ.*;

oportebat post discidium et additos esse numeros qui nunc sunt in E singulorum librorum *ξ—οζ* et supposita quae nunc esse dicuntur quaternionum XLVII—LXIII signa. Horum autem neutrum fieri poterat, nisi ut aut ordo librorum ad alius cuiusdam codicis ordinem accommodaretur aut ne quis scire posset, ubi ante discidium fuisset codex E;

cum 'manu antiqua et aequabili' scriptus esse dicatur E — id quod vix dici posset, si ab alia manu scripta essent complura folia — oportebat librum qui inscr. De mercede conductis aut bis ab eodem librario scriptum esse aut non eundem fuisse utriusque codicis librarium[2]).

Sed de hac re nihil pro certo dici poterit, nisi prius diligentissime examinatus erit codex E collatis quae de specie foliorum codicis Mutinensis dicta sunt.

---

einer grossen Anzahl Blätter mehr oder weniger tief hinein mit Moder bedeckt und dadurch unlesbar geworden ist. Mehr noch hat sie dadurch gelitten, dass sie nicht fest genug gebunden ist. Die Blätter sind deshalb faltig und haben sich so an einander gerieben, dass ein erheblicher Theil der Schrift, am häufigsten in der Mitte des Blattes von oben nach unten ganz erloschen ist. Stellenweise sind ganze Seiten und Blätter verblichen'. — Bertolotto l. l.: '..... Altrove (ed è il più delle volte) l'umidità ha fatto bensì completamente svanire l'inchiostro, ma l'azione chimica corrosiva di esso ha talmente intaccato la pergamena che lo scritto vi è rimasto nettamente inciso, e ti riesce facilmente leggibile se tu lo guardi contro luce. Ciò succede per la massima parte degli scolii, i quali tuttavia io son riuscito a leggere senza troppa fatica.... È.... deplorabile .... che il legatore abbia reciso, benchè fortunatamente di rado, il margine, mutilando cosi degli scolii....'

1) Fortasse *πρὸς τὸ κτλ* ad primum versum pertinet eorum qui legi possint; cfr quae de Mutin. fol. 1 r et v vs. 1—10 exposui p. 7.

2) Traduntur in E scripti esse libri hi: II, XVII (fin. mutil.?), XVIII, XIX (init. mutil.), XX, XXIII (fin. mutil.), XXIV, XXV, XXXIII, XXXIV,

Unum libellum typis exscribendum existimavi totum ut et in eo commodius posset agi de variis rebus et ut qualis esset hic codex clarius appareret. Nigrinum elegi, qui primum, si vulgatum ordinem respexeris, obtinet locum inter eos libellos, qui hoc codice continentur; in Nigrino autem adeo difficilis hic codex saepe erat ad legendum, ut non dubitarem, quin ita rem instituens aliorum laborem essem levaturus, qui de hoc dialogo eum essent adituri.

De ceteris huius codicis partibus et nonnulla in superioribus dicta sunt et, ubi necessarium erit, pauca adferentur infra. Uberius eas tractare consilium est, cum ceterorum codicum meorum [1]) descriptionem absolvero exteriorem.

Quae his addi possunt de huius codicis descriptione, ea et commodius et utilius digerentur post Nigrini collationem generatim dispositam.

XXXV, XXXVI, XXXVIII, XL, XLIX, LX, LXIV, LXV (init. mutil.), LXXII. Non multum inter se distant in libro 'De mercede conductis' Mutinensis et Harleianus, si primas utriusque codicis manus respicimus.

Nominis autem notae O, quam in Mutinensi conferendo adhibuerunt Sommerbrodt et Bertolotto, praeferendam esse censui E notam, qua Harleianus quoque insignitur apud Iacobitzium atque Fritzschium. Quod cur faciendum censuerim, infra exponam.

1) Inspexi adhuc praeter Mutinenses atque examinavi codices Luciani hos: Upsaliensem, Mediolanenses Ambrosianos, Venetos Marcianos, Florentinos Laurentianos tres.

πρὸς νιγρίνον ἐπιστολή : –

Λουκιανὸς νιγρίνῳ εὖ πράττειν· ἡ μὲν παροιμία φησι. γλαῦκας ⋮ εἰς
38 ἀθήνας· ὡς γελοῖον ὄν· εἴ τις ἐκεῖ κομίζοι γλαῦκας. ὅτι πολλαὶ
παρ᾽ αὐτοῖς εἰσιν· ἐγὼ δ᾽ εἰ μὲν δύναμιν λόγων ἐπιδείξασθαι βουλό-⋮
μενος ⋮ ἔπειτα νιγρίνῳ γράψας βιβλίον ἔπεμπον εἰχόμην ἂν τῷ γε ⋮
λοίῳ γλαῦκας ὡς ἀληθῶς ἐμπορευόμενος· ἐπεὶ δὲ μόνην σοι δηλῶ-
σαι τὴν ⋮ ἐμὴν γνώμην ἐθέλω· ὅπως τε νῦν ἔχω· καὶ ὅτι μὴ παρέρ-
γως εἴλημμαι πρὸς /// ⋮ Fol. 8 | Fol. 9 ⋮ τῶν σῶν λόγων ἀπο-
φεύγοιμ᾽ ἂν εἰκότως καὶ τὸ τοῦ θουκυδίδου λέγοντος· ⋮ ὅτι ἡ ἀμα-
θία μ̄ὲν θρασεῖς. ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται δῆ ⋮
λον γὰρ ὡς οὐχ ἡ ἀμαθία μοι μόνη τῆς τοιαύτης τόλμης. ἀλλὰ
καὶ ὁ πρὸς τοὺς λό ⋮ γους ἔρως αἴτιος· ἔρρωσο··* **1** ὡς σεμνὸς
ἡμῖν σφόδρα καὶ μετέωρος ἐπανελή ⋮ λυθας· οὐ τοίνυν προσβλέ-
39 πειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς· οὐθ᾽ ὁμιλίας μεταδίδως· οὔτε κοινωνεῖς τῶν
ὁμοίων λόγων· ἀλλ᾽ ἄφνω μεταβέβλησαι· καὶ ὅλως. ὑπερο ⋮ πτικῷ
τινι ἔοικας· ἡδέως δ᾽ ἂν παρασοῦ πυθοίμην, ὅθεν οὕτως ἀτόπως ⋮
ἔχεις. καὶ τί τούτων αἴτιον· τί γὰρ ἄλλο γε ὦ ἑταῖρε. ἢ εὐ-
τυχία· πῶς ⋮ λέγεις· ὁδοῦ πάρεργον ἥκω σοι εὐδαίμων τὲ καὶ
μακάριος γεγενημένος ⋮ καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὄνομα τρισόλ-
βιος ἡράκλεις· οὔ ⋮ τως ἐν βραχεῖ; καὶ μάλα· τί δὲ τὸ μετατοῦτό
ἐστιν ἐφ᾽ ὅτῳ καὶ κο ⋮ μᾶς· ἵνα μὴ ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ εὐφραινώ-
μεθα· ἔχωμεν δέ τι καὶ ἀκρι ⋮ βῶς εἰδέναι τὸ πᾶν ἀκούσαντες· οὐ
θαυμαστὸν εἶναί σοι δο ⋮ κεῖ πρὸς διός· ἀντὶ μὲν δούλου με ἐλεύ-
40 θερον· ἀντὶ δὲ πένη ⋮ τος ὡς ἀληθῶς πλούσιον· ἀντὶ δὲ ἀνοήτου
τὲ καὶ τετυφωμένου ⋮ γενέσθαι μετριώτερον; **2** μέγιστον μὲν
οὖν· ἀτὰρ. οὔπω μανθάνω ⋮ σαφῶς ὅ, τι καὶ λέγεις ἐστάλην
μὲν εὐθὺ τῆς πόλεως βουλό ⋮ μενος ἰατρὸν ὀφθαλμῶν θεάσασθαί
τινα·* τὸ γάρ μοι πάθος ⋮ τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ μᾶλλον ἐπετείνετο οἶ-
δα τούτων ἕκαστα. ⋮ καὶ ηὐξάμην σε τινὶ σπουδαίω περιτυχεῖν δό-
ξαν οὖν μοι διὰ ⋮ πολλοῦ προσειπεῖν νιγρῖνον τὸν πλατωνικὸν φι-
λόσοφον. ἕωθεν ἐ ⋮ ξαναστὰς. ὡς αὐτὸν ἀφικόμην· καὶ κόψας

τὴν θύραν. τοῦ παι | δὸς εἰσαγγείλαντος ἐκλήθην· καὶ παρελθὼν
εἴσω. καταλαμ | βάνω· τὸν μὲν. ἐν χερσὶ βιβλίον ἔχοντα· πολλὰς 41
δὲ εἰκόνας πα | λαιῶν φιλοσόφων ἐν κύκλῳ κειμένας· προὔκειτο δὲ
ἐν μέσῳ. καὶ πινά | κιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων κατα-
γεγραμμένον· καὶ σφαῖρα καλάμου· πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα
ὡς ἐδόκει πεποιη | μένη· 3 σφόδρα οὖν με φιλοφρόνως ἀσπασά-
μενος, ἠρώτα ὅ, τι πράττοιμι· | κἀγὼ. πάντα διηγησάμην αὐτῷ·
καὶ δῆτα ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἠξί | ουν εἰδέναι· ὅ, τι τε πράττοι
καὶ εἰ αὖθις αὐτῷ ἐγνωσμένον εἴη, στέλλ | εσθαι τὴν ἐπὶ τῆς ἑλ-
λάδος· ὁ δὲ ἀπαρξάμενος ὦ ἑταῖρε. περὶ τούτων | λέγειν· καὶ τὴν
ἑαυτοῦ γνώμην διηγεῖσθαι· τοσαύτην τινά μου ἀμβροσίαν | λόγων
κατεσκέδασεν. ὥστε καὶ τὰς σειρῆνας ἐκείνας εἴ τινες ἄρα || ἐγέ-
νοντο· καὶ τὰς ἀηδόνας· καὶ τὸν ὁμήρου λωτὸν. ἀρχαῖον ἀποδεῖ | 42
ξαι· οὕτω θεσπέσια ἐφθέγξατο· 4 προήχθη γὰρ αὐτήν τε φιλο-
σο | φίαν ἐπαινέσαι· καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν· καὶ τῶν δη-
μοσίων νο | μιζομένων ἀγαθῶν. καταγελᾶσαι· πλούτου καὶ δόξης
καὶ βασιλείας | καὶ τιμῆς· ἔτι τε χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ τῶν
πάνυ περιβλέπτων | τοῖς πολλοῖς. τέως δὲ κἀμοὶ δοκούντων· ἅπερ
ἔγωγε ἀτενεῖ καὶ | ἀναπεπταμένῃ τῇ ψυχῇ δεξάμενος. αὐτίκα μὲν
οὐδὲ εἶχον εἰκά | σαι ὅπερ ἐπεπόνθειν· ἀλλὰ καὶ παντοῖος ἐγιγνό-
μην· καὶ ἄρτι μὲν. ἐ | λυπούμην· ἐληλεγμένων μοι τῶν φιλτάτων·
πλούτου τε καὶ ἀργυρίου καὶ | δόξης·* καὶ μονονὺκ, ἐδάκρυον ἐπ'
αὐτοῖς καθῃρημένοις·* ἄρτι δὲ· ὥσπερ | ἐκ ζοφεροῦ τινος ἀέρος
τοῦ βίου τοῦ πρόσθεν. ἐς αἰθρίαν | τε καὶ μέγα φῶς ἀνέβλεπον
ὥστε δὴ τὸ καινότατον· τοῦ ὀφθαλ | μοῦ μὲν καὶ τῆς περὶ αὐτὸν 43
ἀσθενείας. ἐπελανθανόμην· τὴν δὲ ψυ | χὴν. ὀξυδερκέστερος κατα
μικρὸν ἐγιγνόμην·* ἐλελήθειν γὰρ. τέ | ως αὐτὴν τυφλώττουσαν
περιφέρων· 5 προϊὼν δὲ. ἐς τόδε περιήχθην | ὅπερ ἀρτίως ἡμῖν
ἐπεκάλεις· γαῦρος τε γὰρ ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ | μετέωρός εἰμι· καὶ
ὅλως. μικρὸν οὐκέτι οὐδὲν ἐπινοῶ·* δοκῶ γάρ μοι· | ὅμοιόν τι πε-
πονθέναι προσφιλοσοφίαν· οἷόνπερ καὶ οἱ ἰνδοὶ πρὸς | τὸν οἶνον
λέγονται παθεῖν, ὅτε πρῶτον ἔπιον αὐτοῦ· θερμότεροι | γὰρ ὄντες
φύσει· πιόντες ἰσχυρὸν οὕτω ποτὸν. αὐτίκα μάλα | ἐξεβακχεύθη-
σαν· καὶ διπλασίως ὑπὸ τοῦ ἀκράτου ἐξεμάνησαν· | οὕτω σοι καὶ
αὐτὸς ἔνθους καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι·* 6 καὶ |
μὴν τοῦτό γε. οὐ μεθύειν· ἀλλὰ νήφειν τε καὶ σωφρονεῖν ἐστιν·
ἐγὼ | δὲ βουλοίμην ἂν εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων· οὐδὲ
γὰρ οὐδὲ καταφρο | νεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις·* ἄλλως τε· εἰ καὶ φίλος 44
καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπου | δακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη· θάρ-
ρει ὦ᾽γαθέ· τοῦτο γάρ τοι τὸ τοῦ | ὁμήρου. σπεύδοντα καὶ αὐτὸν

παρακαλεῖς · καὶ εἴ γε μὴ ἔφθης, αὐτὸς ¦ ἂν ἐδεήθην ἀκοῦσαί μου
διηγουμένου · μάρτυρα γάρ σε παρα ¦ στήσασθαι πρὸς τοὺς πολλοὺς
ἐθέλω · ὅτι οὐκ ἀλόγως μαίνομαι · ἄλλως ¦ τε. καὶ ἡδύ μοι τὸ με-
μνῆσθαι αὐτῶν πολλάκις · καὶ ταύτην ἤδη ¦ μελέτην ἐποιησάμην ·
ἐπεὶ κἄν τις μὴ παρὼν τύχῃ, καὶ οὕτω δὶς ¦ ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας,
45 ἀνακυκλῶ πρὸς ἐμαυτὸν τὰ εἰρημένα · 7 καὶ ὥσπερ ¦ οἱ ἐρασταὶ.
τῶν παιδικῶν οὐ παρόντων · ἔργ᾽ ἄττα καὶ λόγους εἰρημένους ¦ Fol. 9 |
Fol. 10 ¦ αὐτοῖς διαμνημονεύουσι · καὶ τούτοις ἐνδιατρίβοντες. ἐξα-
πατῶσι τὴν νόσον · ὡς παρόντων σφίσι τῶν ἀγαπωμένων ·* ἔνιοι
γοῦν αὐτοῖς καὶ προσλαλεῖν οἴονται · καὶ ὡς ἄρτι λεγομένων πρὸς
αὐτοὺς ὧν τότε ἤκουσαν, ἥδονται · καὶ προσάψαντες τὴν ψυχὴν τῇ
μνήμῃ τῶν παρεληλυθότων · σχολὴν οὐκ ἄγουσιν ἐν τοῖς ἐν ποσὶν
ἀνιᾶσθαι. οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς · φιλοσοφίας οὐ παρούσης. τοὺς λό-
γους οὓς τότε ἤκουσα συναγείρων καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἀνατυλίττων.
46 οὐ μικρὰν ἔχω παραμυθίαν · καὶ ὅλως καθάπερ ἐν πελάγει καὶ
νυκτὶ πολλῇ φερόμενος, ἐς πυρσόν τινα τοῦτον ἀποβλέπω ·* πᾶσι
μὲν παρεῖναι /τοῖς ὑπ᾽ ἐμοῦ πραττομένοις τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον. οἰόμε-
νος, ἀεὶ δὲ. ὥσπερ ἀκούων αὐτοῦ, τὰ αὐτὰ πρός με λέγοντος ·
ἐνίοτε δὲ. καὶ μάλιστα ὅτ᾽ ἂν ἐνερείσω τὴν ψυχὴν. καὶ τὸ πρόσω-
πον αὐτοῦ μοι φαίνεται · καὶ τῆς φωνῆς. ὁ ἦχος. ἐν ταῖς ἀκοαῖς
παραμένει · καὶ γάρ τοι κατὰ τὸν κωμικὸν. ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπέ
τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι ·* 8 παῦε ὦ θαυμάσιε μακρὸν ἀνακρουό-
μενος · καὶ λέγε ἐξαρχῆς · ἀναλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα. ὡς οὐ μετρίως
47 με ἀποκναίεις περιάγων · ¦ εὖ λέγεις. καὶ οὕτω χρὴ ποιειν ·* ἀλλ᾽
ἐκεῖνο ὦ ἑταῖρε · ἤδη τραγικοὺς ἢ καὶ νὴ δία κωμικοὺς φαύ-
λους ἑώρακας ὑποκριτὰς · τῶν συριττομένων λέγω τούτων καὶ δια-
φθειρόντων τὰ ποιήματα · καὶ τὸ τελευταῖον ἐκβαλλομένων · καίτοι
τῶν δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων τε καὶ νενικηκότων; πολ-
λοὺς οἶδα τοιούτους · ἀλλὰ τί τοῦτο · δέδοικα. μή σοι ταχὺ δόξω
γελοίως αὐτὰ μιμεῖσθαι · τὰ μὲν. ἀτάκτως συνείρων. ἐνίοτε. καὶ αὐτὸν
ὑπ᾽ ἀσθενείας τὸν νοῦν διαφθείρων ·* κᾶτα. προαχθῇς ἠρέμα καὶ
αὐτοῦ καταγνῶναι τοῦ δράματος · καὶ τὸ μὲν ἐμόν. οὐ πάνυ
48 ἄχθομαι · ἡ δὲ ὑπόθεσις. οὐ μετρίως με λυπήσειν ἔοικεν · συνεκ-
πίπτουσα · καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἀσχημονοῦσα · 9 τοῦτ᾽ οὖν παρ᾽ ὅλον
μέμνησό μοι τὸν λόγον ·* ὡς ὁ μὲν ποιητὴς ἡμῖν. τῶν τοιούτων
